



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

Cap. XXXVII. De Privilegio, quid sit & quomodo dividatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

videbantur, ea ex aliis in hoc Nucleo, iam ante adductis facile intelligi & enodari possint. Unde loco huius Materiam, magis practicam de Privilegiis & Rescriptis explicabo.

C A P U T   X X X V I L

## DE PRIVILEGIO.

*Quid sit; & quomodo diuidatur?*

Privilegium, à privatâ, L E G E dictum,  
duo includit & significat scilicet Jus ip-  
sum, seu gratiam concessam Priuilegi-  
ario, & mandatum ipsum, seu Instrumen-  
tum, quo Princeps Alicui concedit singula-  
rem gratiam. unde hic agimus de Priuilegio,  
ratione Juris & Gratiae. quia est veluti sub-  
stantia Privilegii & de toto Priuilegio. qua-  
tenus est L E X quædam Humana, quæ con-  
stituitur in genere signi.

Definitur **Privilegium**, quod sit **Private Lex**, aliquid speciale concedens. Dicitur **LEX Privata**, ut distinguatur à cæteris **LEGIBUS**: nam aliæ concedunt Jus commune, hæc vero **Privatum**: quia **Communitati**, aut **Privatae Personæ**, Jus concedit, præter commune. Cap. Abbate, de verb. **Sigilif.** & Cap. **Privilegium**: ideo de ratione

M 2                  ejus

263 *Nuclei Tractatus practici*  
eius est, ut concedat aliquid speciale, quia  
alias esset inutile.

Scriptura, non est de ejus substantia ne-  
cessaria. Ita Nauarrus, Felinus Sylvester, &  
Alii. Quod intellige de foro conscientiae, non  
autem semper in foro Iudicali, ubi Ius Pos-  
tituum probationem exigit. Ita Ludowicus  
Gome. in Reg. cancell.

Omissis Priuilegiis Diuinis, de quibus  
hic non agimus, dividitur Privilgium Hu-  
manum, in Reale, & Personale. Reale dicitur  
quod conceditur directe, alicui rei, manu  
vel conditioni, distincta à Personâ. quia utili-  
tas eius maxime versatur circa res, ut prædi-  
domos, merces, officium, & alias res simi-  
les, per quas redundat utilitas in Personam  
habentem talem rem, dignitatem, aut ex-  
istentem in talili loco. PERSONALE vari-  
acitur, quod immediate fertur in Personam  
ratione sui.

Præterea dividitur Privilgium, in Perpe-  
tuum, & Temporale. Perpetuum est, quod ad  
heret rei, de se perpetua, vel sine limitatione  
temporis conceditur, duraque, quamdiu no-  
revocatur. Temporale vero tempore lapsu  
nitur.

Aliud etiam est Privilgium, quod datur  
propter priyatūm alicuius bonum, aliud  
prop

propter commune, aliud favorable, & propter externo, aliud pro interno, de quibus late tractat Suarez: li. 8. de LEGIBVS. cap. 6.

C A P U T XXXVIII.

*Qui & quales possint Privilegia concedere? Qui  
eius sint capaces, & quid, si proprio  
motu datum.*

**O**Mnis, qui Legem condere potest, etiam Privilegia concedere potest. Ita S. Antoninus, Silvester, Hostiensis, & alii. è contra, qui Legem condere non potest, nec Privilegia dare potest..

Hinc, Papa maxime potest concedere Privilegia, in causa Spirituali, propter supremum eius Imperium. Ita Innocentius. In materia temporali, non ita potest. Papa, directe Privilegia concedere, nisi in propriis terris Ecclesiæ, ubi est Dominus temporis. Suarez loco cit. num. 7.

Secundo. Possunt Episcopi, & omnes Superiores Prælati Ecclesiæ respective, sive cum proportione, Privilegia concedere, quatenus possunt constitutiones facere, non tamen, quo ad, vel contra Jus commune, vel Pontificium, vel latum à Superiore. Ita Hostiensis, Angelus, Tabiena, & Alii.

Tertio. Possunt Privilegiā concedere,

N. 2. Imper-